



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XLVI. Olivetanæ Congregationis Privilegia a Prædecessoribus Pontificibus
Pontificibus, & præsertim a Pio II. concessa confirmantur, & ampliantur;
novumque superadditur, quo ejusdem Congregationis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

§. 2. Quapropter ne latius ferpat, in Ecclesie animarumque perniciem, pravi dogmatis corruptela: Nos, quibus fanæ doctrinæ custodia, & Sacerdotalis auctoritatis propugnatō præcipue demandata est, pro follicita, quam gerimus, Ecclesiarum omnium, & Christifidelium cura, Vos maxime, Venerabiles Fratres, monitos hortatosque volumus, ut procul ab oīibus Vestis extitialis hujuscēdoctrinae pabulum arceatis. Quod ut nomine quoque Nostro præstare valeris, supra descriptum Librum quocunq; idiomate imprefsum, vulgatum, aut scriptum, sub enunciatis censuris rejecitis, reprobatis, damnatis, ejusque lectionem, retentionem, & usum, omnibus & singularis Christifidelibus, etiam specifica, & individua mentione dignis, sub pena excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrienda, a qua nemo a quoquam, præter quam a Nobis, seu a Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutis, absolutionis beneficium obtainere valeat, omnino interdicimus ac prohibemus. Volentes, & Apostolica auctoritate mandantes, ut quicunque Librum prædictum, aut eius exemplaria, five typis impressa, five manu descripta, penes se aliqua habuerint, ea, statim ac præsentes litteræ eis innoverint, teneantur tradere locorum Ordinaris, qui exemplaria sic tradita illico flammis aboliri curent.

Monitum ad
Episcopos
Regni Polo-
niae.

§. 3. Vos itaque, Venerab. Fratres, coniunctis nobiscum studiis, Pastorali zelo, & Sacerdotali constantia, vigilate in custodiis vestris, ascendentis ex adverso, atque opponentes murum pro Domo Israhel, adversus vaniloquos, & seductores, docentes que non oportet; qui constitutos a Deo civilis potestatis fines amplificare, ac transilire moluntur, Ecclesia vero jura coartare, immunuere, atque convellere student; & Divinis humanæ misericordiæ, Imperium & Sacerdotum seditione committunt. Creditas vobis oves monete identem, ut acquiescant sanis fermoribus Domini Nostri Jesu Christi, & ei, que secundum pietatem est, sanæ doctrinæ; non intendentes mandatis hominum avertentium fe a veritate: reddant autem omnibus debita, que sunt Cæfaris Cæfari, que sunt Dei Deo. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, ac universis Fidelibus regimini vestro subiectis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. 4. Mar-
tii 1755.
Pont. an. 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die iv. Martii MDCCCLV. Pontificatus Nostri Anno XV.

D. Cardinalis Paffionensis.



Olivetanae Congregationis Privilegia a Prædecessoribus Pontificibus, & præsertim a Pio II, concessa confirmantur, & ampliantur; novumque superadditur, quo ejusdem Congregationis Abbatibus indulgetur, ut in die festo S. Francisci Romanæ, Pontificalitus in Missa, reliquisque Officiis intra Ecclesiæ Conventuales Regularis Observantiae uti possint.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CUM semper Apostolicæ benignitatis, & munificentie Nostræ significaciones in eos, qui sanctioribus Ordinum Regularium institutis addicti, uberes in vinea Domini virtutis, & honestatis afferunt fructus, libenter edidimus: tum vero eorum votis, ac precibus animum propensius intendimus, quum & petitiones æquitati confessas esse, & concessiones nostras ad augendam Dei gloriam, & Sanctorum cultum amplificandum oportunas fore conspicimus.

§. 2. Sanè pro parte dilecti Filii Flaminii Gandini Abbatis, & Procuratoris Generalis Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti nuncupata, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias nonnulli Romani Pontifices Prædecessores Nostri dictæ Congregationi diversa Privilegia, gratias, favores, & Indulta tum spiritualia, tum temporalia concederent, & præcipue felic. record. Pius Papa II. etiam Prædecessor Noster per suas Literas Apostolicas sub datum Petreoli Senensis Dicæciss Arno Incarnationis Dominicæ MCCCC LXII. Tertio Nonas Octobris Pontificatus sui anno Quinto, inter alias gratias dictæ Congregationi concessas, illius Abbatibus, Visitatoribus, Prioribus, Personis, Monasteriis, Prioratibus, Locis, & Membris, quod ipsi omnibus aliis, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis, Congregationi Sanctæ Justinæ Paduanæ ejusdem Ordinis, ejusque Monasteriis, Prioratibus, Membris, ac Personis, & Bonis per predictos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, tunc suos, quonodolibet elargitis, sub certis modo, & forma tum expressis, uti possent, & gaudere, ac si illa omnia, & singula primodictæ Congregationi specialiter, & expresse indulta fuissent, concessis pariter, & indulxit, prout in dictis Literis plenus continetur. Cum autem subinde, juxta temporum succedentium opportunitatem, alias concessiones, & gracie hujusmodi Congregationi Sanctæ Justinæ, Caffinenium quoque nuncupatae, per alios Romanos Pontifices Prædecessores quoque Nostros, attribute fuerint; pro parte dictæ Flaminii Nobis fuit humiliter supplicatum, ut gratias easdem, favore sua primodictæ Congregationis extendere, ac alias eamdem Congregationem, præcipue ad augendum in illius Ecclesiæ Divini Servitii cultum, aliqua beneficentia Nostræ prærogativa decorare, ut infra, dignaremur.

§. 3. Nos igitur, firma spe, fiduciaque concepta, eamdem Congregationem, quo amplioribus gratiis, & favoribus ab Apostolica Sede cumulari pergit, eò majores pietatis, obedientiae, & obsequii erga Nos, & eamdem Apostolicam Sedem, aliarumque virtutum, & scientiarum fructus edituram fore, hujusmodi supplicationibus annuere, & dicto Flaminio speciale gratiam

Exordium a
munificentia
S. Sedi in
emeritis de
Ecclesiæ Vi-
ros.

Indultis &
privilegiis
Congrega-
tionem Mon-
tis Oliveti
decorauit
Prædeces-
sores Pontifi-
cates.

Et præsertim
Pius II., qui
privilegia
Congrega-
tioni S. Justi-
nae Paduanæ
illò usque
concessa ei-
dem communi-
cavit.

Confirmat
primo Ponti-
flex vetera
indulta non
revocata, ufu
recepta, nec
Tridentino
contraria.

facere volentes, eundemque Flaminium a quibusvis excommunicationis &c. absolventes, & absolutum fore censentes, ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnia & singula privilegia, gratias, immunitates, exemptiones, praeminentias, & indulta a predictis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris ejusdem primodictae Congregationis Abbatibus, etiam Generali, Prioribus, & Monachis, necnon Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, Domibus, & Locis Regularibus concessa, & elargita, eorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro expressis, & infertis habentes, dummodo tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, Constitutionibus quoque Apostolicis, & Concilii Tridentini Decretis non aduersentur, harum serie confirmamus, & approbamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Inde Pianas litteras ad gratias praetendit post Pium ad hanc usque tempora universo Ordini S. Benedicti, & praefettim Congregationis Caffinensis, & S. Justinae concessas.

Ob singularem universitate Congregationis devotionem erga S. Franciscam Romanam.

Ut Sacra ipsi die in Claustralibus Ecclesiis Misericordia, divinaque Officia Abbates Pontificales celebrare possint, sub certis modis indulget.

§. 4. Ac præterea eidem primodictæ Congregationi, illiusque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, Domibus, & Locis Regularibus quibusviscumque, ut ipsi, & ipsa, omnibus, & singulis privilegiis, gratias, exemptionibus, immunitatibus, concessionibus, & indultis, alii dicti Ordinis Sancti Benedicti, & præcipue Congregationi Sancta Justinae, seu Caffinensi prædictæ, earumque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, Domibus, & Locis Regularibus, a Praedecessoribus nostris prædictis, signanter post praefatas dicti Pii Praedecessoris Literas, five communiter omnibus, five earum singulis non tamen ex peculiariis causis, & titulis, in hanc usque diem, ac etiam per Nos, concessis, & elargitis, ac quibus praefata Caffinensis, aliaeque dicti Ordinis Congregations legitime utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licetè valeant, perinde acsi privilegia, gratiae, exemptiones, immunitates, concessiones, & indulgencias, hujusmodi, Congregationi primodictæ, illiusque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, ac Monasteriis, Prioratibus, & Ecclesiis, Domibus, & Locis prædictis directè, & non per medium communicationis hujusmodi, concessa, & concessa fuissent, auctoritate, & tenore praefatis concedimus, & indulgemus, ac privilegia, gratias, exemptiones, immunitates, concessiones, & indulgencias, hujusmodi ad Congregationem primodictam extendimus, & ampliamus.

§. 5. Porro attentes eamdem Congregationem erga Sanctam Franciscam Romanam nuncupatam, sive olim, dum in humanis ageret, Institutum Oblatam, aliarumque similiam Oblatarum in Urbe Matrem, & Fundatricem, specialis devotionis studium semper professam fuisse, & profiteri, illiusque cultum per ipsius Congregationis Professores, in Locis præcipue, ubi Monasteria ejusdem Congregationis extant, propagatum fuisse, ita in singulis fere eorum Ecclesiis Altare aliquod Omnipotenti Deo in honorem dictæ Sanctæ dicatum reperitur, ipsaque Congregatio, præter Beatum Bernardum Tholomei Fundatorem suum, dictam Sanctam Franciscam in specialem Protectricem agnoscet; ad augendum dictæ Sanctæ Franciscæ cultum, ac illius Festi diei celebritatem, ut in singulis Ecclesiis Conventualibus primodictæ Congregationis Monasteriorum, in quibus Claustralibus viagat observantia, dilecti Filii moderni, & pro tempore existentes dictorum Monasteriorum Abbatibus, die Festi dictæ Sanctæ Franciscæ, Missam solemnam, & Divina Officia, assistentibus sibi uno faltem Diacono, & alio Subdiacono, alioque Pluviali induito, aliique Clericis, Ponti-

ficaliter, & more Episcoporum, præter tres alios dies, iuxta Canonica Decreta præfinitos, servatis tamen alias, tam Literarum in forma Brevis Urbani VIII. incipien. Exponi sub datum Romæ sub Annulo Piscatoris die v. Aprilis MDCCXIX. expeditis, quam generalis Decreti Alexandri VII. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum die xxvii. Septembribus MDCLIX. editi, respectivæ forma, & dispositione, & non alias, celebrare liberè, & licetè possint, & valeant, Apostolica auctoritate prædicta, harum quoque serie etiam concedimus, & indulgemus: Iidemque modernis, & pro tempore existentibus primodictæ Congregationis Abbatibus plenam, & liberam potestatem, & auctoritatem defuper impetrimus.

§. 6. Eodemque modernos, & pro tempore existentes dictæ Congregationis Abbatibus, Monachos, & Personas superemissis, aut eorum aliquo, a quibusvis Locorum Ordinariis, vel aliorum Ordinum, & Congregationum Abbatibus, aut aliis quibuscumque, quavis auctoritate, & quovis praetextu, colore, vel ingenio, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, molestari, inquietari, aut perturbari ullo unquam tempore nullatenus posse, neque debere: Præfentes quoque Literas de fibreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ defectu minime notari, nec sub quibusvis similium, vel diffimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis Dispositionibus, per quascumque Regulas, & Constitutiones Apostolicas per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, etiam Motu proprio, ac alias sub quibusvis tenoribus, & formis pro tempore factis, & faciendis, & concessis, ac concedendis, comprehendendi, sed semper ab illis excipi, ac illas semper validas, & efficaces existere, saepe plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere: Sique, & non alias per quoscumque Judices, etiam Caufarum Palati Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romane Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæ Sedi Nuncio, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere determinari; irritum quoque & inane, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus prædictis Urbani Literis, & Alexandri Praedecessorum prædictorum Decretis in ea parte, qua præsentibus adverterunt, ac quibusvis aliis Apostolicis, seu in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Concilii editis, vel edendis, Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon primodictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis dicto Ordini, & Congregationi primodictæ, ac quibusvis aliis Superioribus, & Personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum, quomodolibet forsan concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robre permanensuris, hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Nulli ergo omnino Hominum licet hanc paginam Nostræ absoluti, confirmationis, approbationis,

Firmante superius statuta.

Deregatur
contraria
quibuscumque.

Sanctio po-
nalis.

In verba
genere
tempore
demonstrari
Eccl. manu

ANNO
1755.

BENEDICTUS XIV. AN. XV.

139

ANNO

1755.
ti parcens,
semper stu-
davit brevita-
ti.

approbationis, concessionis, Indulti, extensionis, ampliationis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. 1. Aprilis 1755. Pon-
tificis ann. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominae Millesimo septingentesimo quinagesimo quinto, Kalendis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Paffoneus.

J. Card. Pro-Datar.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLVII.

Confirmatur Resolutio Congregationis deputata super correctione librorum Ecclesie Orientalis, super abbreviatione Officii, & Missæ pro Monachis Ordinis S. Basili.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ad debitum
Deo cultum
exhibendum,
& canonicas
horas recita-
ri, & Sacri-
cum offerri
quodvis vo-
luntate Ecclesie.

QUEM religionis sensum natura Nobis indicit, ut non solum laudemus, celebremus, & glorificemus jugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti sumus, & a brutis differimus; verum etiam ut oblationibus & sacrificiis placemus Deum nostrum, ac scelera nostra expiemus; ad eundem tam in veteri Testamento, quam in Catholica IESU CHRISTI Ecclesia alendum, fovendum, adaugendamque in primis studia omnia intenta fuerunt. Quoniam autem IESUS CHRISTUS verus Deus, verusque homo, Mediator Dei & hominum, Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cessante carnalium sacrificiorum varietate, omnes differentias hostiarum una Corporis & Sanguinis sui implet oblatione; &, quomodo adorare Patrem suum in spiritu & veritate, ipsiusque orare & laudare docuit, exemplique præbuit; Sancti Apostoli ab eo Magistro instructi, ac per ipsos Catholica Ecclesia Spiritu Sancto inspirante edocti, & Officium Canonarum Horarum, debita cum rituum, cæmoniarumque magnificientia, Deo quotidie per solendum digessit; & Sacrosanctum Missæ Sacrificium, in quo nimur Agnus Dei in odore suavitatis Deo jugiter a Sacerdotibus immolatur, & panem de celo verum comedimus, cum ritibus pariter, cæmoniis, & precibus, quotidie in Ecclesiis peragendum mandavit. Utrumque vero Officium scilicet & Sacrificium, ut Omnipotenti Deo effet magis gratum & acceptable, diversæ, variaque, quoad sacras preces, ritus, & cæmonias, initæ fuerint rationes, juxta diuersas, variaque nationes, & religioforum hominum Ordines, atque Instituta tum Occidentalis, tum Orientalis Ecclesie, quæ secundum acceptum a majoribus cuiusque morem & consuetudinem, etiæ pro temporibus aliquando variata, in unitate tamen Catholicae Fidei, doctrinæque perfantem, quamplurima pro libito & pietate addere studuerunt. Apostolica autem hæc Sancta Romana Sedes nihil habuit an-

In variis di-
vergunt
gentium ca-
remoniis ca-
dem tempore
unitas fidei.

Ecclesia Ro-
mana huma-
na fragilita-

tiquius, nihil curavit impensis, quam ut cum de utroque nempe Officio & Sacrificio ab ipsa aliiquid exquisitum fuit, quoad fieri posset, brevitati ac sincerae pietati, servatis servandis, confuleretur; ne quamplurimi ex Christifidelibus, siue recitantibus, siue celebrantibus, siue audiensibus Officium, vel Missam infirmiores, tum propter prolixitatem, tum propter linguae ignorationem tedium affecti, quam inde percipere solebant, Spiritus pinguedinem & suavitatem aversari inciperent.

§. 2. Porro cum Dilectus Filius Augustinus Sciomari Monachus & Abbas Ordinis Sancti Basillii, ejusque modernus in hac Alma Urbe nostra Procurator Generalis, nomine totius sue Congregationis, Nobis supplices preces humiliter porrigidas fecerit, ut dignaremur abbreviare Missam & Officium Divinum, pro quibus recitandis, ac celebrandis adeo longum tempus infundendum est, ut id vix ob humanam infirmitatem fine tedium aliquo peragi possit, & modicum eis temporis spatium supereft, quo operam sacrarum literarum studiis dare valeant: Nos sanè preces hujusmodi remissimus ad Dilectum Filium nostrum Fortunatum Tituli Sancti Calixti Presbyterum S. R. E. Cardinalium Tamburinum nuncupatum, Congregationi Particulari super correctione Librorum Ecclesie Orientalis deputatae Praefectum, ut eas eidem Congregationi expendendas, atque examinandas proponeret,

§. 3. Itaque dicta Congregatio habita die VII. Maii, & XIII. Augosti MDCCLII. rescriptum, indulgeri posse, ut abbreviatio Officii ferialis extra Quadragesimam fiat juxta modum infra designatum, nempe quoad abbreviationem Matutini diebus ferialibus, praeter Quadragesimam, retineatur integrum Cathisma: Omittant Exapsalmos, sed quotidie unus ex Psalmis in eo comprehenis ex ordine recitur. Die autem Domingo integrum Exapsalmum dicatur, & quatuor Psalmi, qui notantur in Horologio Basiliianorum pagina 42. Aliis vero diebus non ferialibus servetur Typicus solitus usque ad primum Canonem exclusivè: Canon Sancti ad Triodium redigatur, nempe prima, octava, & nona Ode recitetur: Postea dicatur Canon Feriae, sed tria tantum Troparia singularum Odarum, felicet primum, quod ad Feriam; alterum quod ad Sanctos Martyres; ultimum quod ad Beatam Virginem pertinet: Post tertiam Odem, solita Cathisma, seu Antiphona: Post sextam, confitatum Confessionem, seu Ieron; deinde Synaxarium Sancti: Post octavam Odem Psalmus Magnificat, & solita Exapostillaria, & reliqua juxta Typicum. Quoad abbreviationem Vesperarum, ex sex Antiphonis, seu Stichis, quatuor tantum dicantur; deinde: Gloria, & hymnus: Lumen hilare, versiculi; & prophetie, aut lectiones e Scriptura, quando occurront: Post Orationem: Dignare, omittantur Antiphona: Deinde dicatur Psalmus: Nunc dimittis: reliqua autem omnia, de quibus nihil adnotatur, juxta solitum. Quoad abbreviationem Completorii: Canon redigatur ad Triodium, & in ejus recitatione intermissione de more Oratio Dominica, Antiphona, & Synaxarium, quando oportet: Deinde Psalmus: Magnificat, & reliqua omnia de more, ut in Horologio.

§. 4. Postea tractatum est de abbreviatione Missæ private, & eadem Congregatio censuit permitti posse in hunc modum: Facta preparatio materie de more in Altari, cum solitis Orationibus, Missa privata incipiatur a verbis illis. Euoyouéνι ἡ βασιλεία οὐαὶ. Benedicū Regnum. Et cetera, quæ precedunt, recitentur a Sacerdote, vel in Sacra, vel dum pergit ad Altare. Magnam Synaptim, seu Collectam esse retinentam. Retineantur quoque Orationes primi, secundi, & tertii Antiphoni, una cum exclamationibus, & cum ipsis Antiphonis. Minor autem

Preces Pro-
curatoris Ge-
neralis Ordini-
nis S. Basillii,
ut brevior
Missæ, & Of-
ficium pro
fusa Congre-
gatione red-
deretur.

Rescriptum
Congrega-
tionis depu-
tatae super
correctione
Librorum
Ecclesie
Orientalis,
cui fuerunt
remissæ pre-
ces, quoad
abbrevia-
tionem Officii.

Altarium
ejusdem
Congrega-
tionis re-
scriptum quo-
ad abbrevia-
tionem Mis-
sa private.